



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

Approbatio Censoris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

## APPROBATIO CENSORIS.

**E**go infrascriptus S. Theolog. Licenciatus, Canonicus & Censor Antuerpiensis, presenti testimonio affirmo, hæc DIDACI COVARRUVIAS Iuris, legumque Interpretis acutiss. ac Iustitiæ Practicæ Coryphæi, OPERA OMNIA quæ ad nos deenerunt, ab aliis alibi, nunc verò primùm Belgicis typis recusa, & characterū distincta varietate exornata, studio & ære IOAN. KEERBERGII Typographi Antwerp. de Repub. litterariâ optimè meriti, non modo integrè & ex fide concinnata; sed & plerisque errorum labyrinthis repurgata, novorumque operum accessione illustrata esse. Vt potè quibus præter Auctoris doctissimum Tractatum de frigidis & maléficiatis septem distinctis quæstionibus disputatum, indicem duplicem suis numeris absolutum, insuper accessere NOTÆ IOAN. VFFELII I. C. cum Theoricæ, tum Practicæ, in Variarum Resolutionum libros: eaque Brabantia nostræ decretis, ac consuetudinibus accommodatæ. Quæ, quod non parum lucis reliquò operi addituræ sint, eosque qui in Iustitiæ palæstrâ desudant, velut adminicula quædam ducturæ, ne in mediis vndis ( vt aiunt ) Tantaleo more discendi ardore animum contorqueant, magno Reipub. commodo simul etiam lucè donanda censeo. Datum Antuerpiæ XII. Kal. Mart. clō. Iōc. x.

LAVRENTIUS BEYERLINCK.

## SVMMA PRIVILEGII.

**A**LBERTI & ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ, Archiducum Austria, Ducum Burgundia, Brabantia, &c. Serenissimorum Belgicæ Principum Privilegio cautum est, ne quis, Opera DIDACI COVARRUVIAS, cum notis IOANNIS VFFELII I. C. In variarum Resolutionū libros, præter voluntatem Ioannis Keerbergij Typographi Antuerpiensis, intra decennium vlllo modo imprimat, aut alibi excusa, in suas ditiones importet, venaleaue habeat. Qui secus faxit, confiscatione librorum, & alia graui pœna mulctabitur; vt latius patet in litteris datis Bruxellæ xxvi. Februarij Anno clō. Iōc. x.

Signat.

De Witte.